QVÆSTIO MEDICA

QVODLIBETARIIS DISPVTATIONIBVS MANE DISCVTIENDA IN SCHOLIS MEDICORVM,

DIE IOVIS SECVNDA DECEMBRIS.

M. LANCELOTO DE FRADE, Doctore Medico moderatore.

An non Amans, Amens? 779

CELI in hæc inferiora magnum est imperium, ignis in omenta ἡγεμονικὸν, corporis in animam domesticum: cœlum, nostratem mundum rerum ortu & interitu exornat: ignis vi ingenitâ putredinis labem admittit: corpus sinu suo veluti sepultam coërcet animam. Humanæ, quia immortalis est, tantò durior seruitus, quantò indigniùs domino quo corpori comperitur. Ab vtriusque consortio prima mali labes, eodemq; integritas. Hinc quia geminum actionis principium, gemina quoque stamina φύσια: si adfuerit idonea ad functiones totius, vel partium structura, corporis esse dicitur: illi non ex albedine, aut mollitie, formæ gratia concilietur cùm ijs εὐξωσία sit nobilior; si accesserit naturalis vis rectè eligendi verum, fugiendiq; falsum, animæ ingenium habetur, & genius ἀδιδακτος, ἀναπόδεικτος indicandi oculus. Hæc facultas quæ sine alterâ esse non potest, εὐδαίμονας ostendit, humidiori, molliorique carne præditos, tenui cute. Ἀφυΐα contra proditur signis, estque cum amentiæ perpetua, tum canorum frequentissima comes.

ATVRALIS stupor, vbi primùm externos sensus attigit sensilium vestigia obscurat, vbi internum, efficit labores non ferentes, quin etiam somnolentos, ad artes crassos, neque subtiles, neque acutos, ἀπερίπλοον, ἀβέβαιον: tumque phasmatum deformitas, interdùm motus deuij, præcipites, turbulenti, ereptâ animi luce, rationis opus vel nullum, vel ris difficultatibus impeditum faciunt, veri & falsi cognitionem tollunt, priuantque mentem ritè amandi potestate. Παλιγγένεσους eiusmodi, adignoscen natos, nulla tacitè solatur philosophia, & soluere conatur, nulla senescentes deponendi miserrimas exuuias cura sollicitat, nulla putrescenti cæsis, & minantis ruinam, calamitas, in spem libertatis erigit: ægrè molestéque χλανίδια ἐφήμερα, ὦ ῥάκια ἀσθενῆ, ὦ πτίλα exuunt; ideo vitæ amantes vis sores.

EFINITVR rationalis amor ἐνέργεια ψυχῆς τ' ἀγαθῆ ἐσγατωθεν singularis animi nostri fœtus, ciuili amicitiâ eruditus, παντὸς καλῶ ὑπαγορευτὴς, μέγας δαίμων, cuius κατ' ἄνθη δίαιτα, φιλόζωος βακχεία, ἐρωτικὴ μανία τῆς ἀνθρ cuius aduentus semper rationi salutaris. Habet permultam cum voluptate cognationem: Ea est ἐνέργεια τῆς κ' φύσιν ἕξεως, ἀνεμπόδιστος; inde vti altera amicitia, alterâ honorabilior & accuratior, sic & voluptatis. Aliena contemplandi studium opprimit, prudentiam euertit: vera excitat, adstruit: ita fuit oritur amori, vt flori ætatis venustas. Verâ in operando vsi singula iudicant subtiliùs, diligentiúsque perficiunt. Spurius amor, alienam sibi propria dicat, caluitiem accelerat, estq; vstulator, δυροδόκος, οὐκ ἰσόῤῥοπος, ἄπιστος, σοφιστὴς δεινὸς, μαχαίπορος, τραγῳδίας συνέλθος. Verus rerum omnium claues gnitæ præclara principiorum lumina nobis accendit amor.

LANE amoris vi promouetur contemplatio (hominis ita, & peculiare munus) diuini amoris erga ingeniosos conciliatrix, operis similitudine & societate. Profectum quidèm ab vsu, particularum exempl intelligitur, animæ vero gratiâ multiplices partes inter se discrepant, licet cunctarum, in obsequium vnius operis, summus sit consensus. Ita factum vt remota, à simplicissimo corpore substantia, plura requirat munia, pluribus indigeat organis, modò fœliciùs, modò deteriùs operetur. opolin corporis principes animæ facultates, sedibus quidem indistinctæ, occuparunt; Hæ suæ dignitatis minimè immemores, non nisi spirituum inuentu, cum materiâ societatem iniuerunt: Quò magis sunt ætherei, maiori sunt commodo, ac edendis animi functionibus, vtiliùs opitulantur. Spiritus animales fouet siccitas, firmat tranquillitas, nimia obruit humiditas, atque adeò ex eius appulsu, comparati mentis actionibus negotij, causæ quæ sunt.

RGO calore efferente substracto, materia corpulenta quæ, καὶ ὑπαπτοῦσα ἕκαστα ποιεῖ, maximâ siquidem similitudine intellectus, atque imaginandi facultas inter se conueniunt, operisque sui ortum, progressumve à sensibus ducunt. Quemadmodum verò beneficus amor, optimâ mente affectos ζητητικοὺς declarat, sicà curuis in terram animis, procul exu Neque verò sicut diuinus est ἄναρχος, ita & rationalis: agnoscit originem, multóque inferior censetur. Itaque grauibus de causis, intellectus agentis o versatur, vt præuio amore, sibi adiunctam potestatem, in apertam lucem conijciat, nomine, non tempore posterior, τὸ κυριώτατον τῷ ἀνθρώπῳ, αὐτὴ ψυχὴ φῶς, ὁ νοῦς, ἀπαθὴς, ἀμιγὴς, ἀμερὴς, χωριστὸς, αὐτοκίνητος, ἀθάνατος, ἀίδιος, forma formarum, ipsa forma intellectus potestatis, ἔρως θυγάτηρ, ἔρωτος μήτηρ ἔρωτος.

Ergo non Amans, Amens.

Proponebat Lutetiæ PETRVS LEGIER Borbonius, Anno R. S. H. M. DC. XXXII.

225.

DOMINI DOCTORES DISPVTATVRI.

M. Iacobus Mentel,	*M. Petrus Hommets,*	*M. Renatus Moreau,*
M. Nicolaus Mathieu,	*M. Iacobus Regnault,*	*M. Dionysius Allain,*
M. Carolus du Pré,	*M. Nicolaus Langloys,*	*M. Lazarus Pena.*